

VI 1290; Ritschl tab. XLg). — Videtur esse L. Scipio quaestor a. 587 memoratus a Livio 43, 44.

6	Cn. Cornelius Cn. f. pr., aid. cur., q.,	III III	Scipio Hispanus <sup>1</sup> tr. mil. II, Xvir sl. iudik., Xvir sacr. fac.
	Virtutes generis mieis moribus accumulavi, progeniem <sup>3</sup> genui, facta patris petiei.		
	Maiorum optenui laudem, ut sibei me esse creatum laetentur; stirpem nobilitavit honor.		

Romae, eodem loco quo N. 4 repertae tabulae tres ex lapide Albano (I 58. VI 1293; Ritschl tab. XLIIl). — 1) Videtur esse Cn. Cornelius cognomento Hispanus, missus a. 603 ad arma a Carthaginiensibus accipienda (Appian. Lib. 80), in tribunatu scilicet alterutro aut in quaestura, praetor peregrinus a. 615 (Val. Max. 1, 5, 5, ubi appellatur Hispalus). — 2) Numeri sunt, quibus tabulae distinguebantur. — 3) In lapide post progeniem extat hasta, quam coniungens cum littera praecedente Mommsenus legit progenie mi (i. e. progeniem mihi) genui, prius vocabulum accipiens pro dactylo; contradicit Ritschl opusc. 4 p. 539.

7

L. Cornelius Cn. f. Cn. n. Scipio.

Magna sapientia | multasque virtutes  
aestate quom parva | posidet hoc saxsum.  
Quoie vita defecit, non | honos, honore.<sup>1</sup>  
Is hic situs, quei nunquam | victus est virtutei.  
Annos gnatus XX is | l.. eis<sup>2</sup> mandatus:  
ne quairatis honore | quei minus sit mandatus.

Romae rep. in sepulcro Scipionum, tabula sarcophago apta (I 54. VI 1289; Ritschl tab. XLl). — Carmen tractavit Buecheler ind. lect. Bonn. 1876 aest. p. 9. — E. Q. Viscontius rettulit ad fratrem minorem Cn. Cornelii Scipionis Hispani N. 6; sed res plane incerta. — 1) Casus quartus; vita, non honesta indoles, defuit defuncto ad honorem capessendum; lusit poeta in ambigua significatione vocabuli honoris (Mo.). — 2) I[oc]eis supplevit Mo. (intellegens de sepulchro), d[iv]eis (nam primum elementum posse superesse ex d fracta) Buecheler.

8

.. [Co]rnelius L. f. L. n.

[Sci]pio Asiagenus

Comatus annoru.

gnatus XVI

Romae rep. ibi ubi N. 4 seq. (I 56. VI 1291; Ritschl tab. XLh). — Scipio hic defunctus adulescens non fuit filius eius qui primus ex Asia cognominatus est (obstat enim praenomen avi), potest fuisse eius nepos.

9

..... s  
..... [Sci]pionem  
..... [qu]oad veixei.

Romae rep. ibi ubi N. 4 seq., fragmentum sarcophagi (I 57. VI 1292; Ritschl tab. XLj). Cf. Buecheler ind. lect. Bonn 1876 aest. p. 9.